
DE MAGNI LAPIDIS SIVE BENEDICTI COMPOSITIONE & OPERATIONE...

Ascanio Rivaldi



CAPITA ALIQVOT DE MAGNI LAPIDIS SIVE BENEdicti compoſitione & operatione, auctore adhuc incerto. ſed tamen Doctiſſimo.

CAP. I.



Apis benedictus, fit ex una re, cui nihil additur extraneum, ſed tātum ſuperflua removetur. Ita ex una ſola re, cui nihil additur extraneum, ſed tantum ſuperflua removetur, poteſt fieri ita ex vegetabilibus, tam longiſſimum eſt ejus opus & laborioſum, in tantum ut dicit Geber, quod potius eſt artificem in labore deficere, quam quod laboratum ſit, & poſſibile perficere, ſed lapis philoſophicus non poteſt fieri nec eſſe ſine 5. eſſentia, ergo cum philoſophus ponit magnum lapidem poſſe fieri ex vegetabilibus, ſequitur, quod in ipſis ſpiritus 5. eſſentiæ poſſit reperiri. Et hoc idem in animalibus eſt intelligendum ſicut in mineralibus reperitur, verum quia inter omnia vegetabilia eſt unum vegetabile, quod de vegetabilibus extrahitur, quod eſt precioſius & perfectius, honorabilibus excellentius, nobilius omnibus aliis, & illud in ſe perfectius tenet 4. elementa, ideo ipſum ſolum ſine commixtione alterius accipiunt quidam ingenioſi, cum volunt rem ſecum adunare, & ab eo faciunt emanare ſpiritum 5. eſſentiæ, qui eſt lapis occultus ſpiritus & virtus lapidum & in ſphæra ignis ut eſt dictum, adhuc nobis inviſibilis eſt propter ſui ſubtilitatem, nec apparere poteſt niſi aſſumpto corpore in aliquo elementari nobis naturaliter viſibili. Ideo per inſtrumenta idonea ſub ſpiritu hujus inſtrumēti, quod eſt aqua, hunc ſpiritum mediante noſtra induſtria facimus emanare, ut ſuperius diximus in opere minerali. Nominatur autē iſtud precioſum vegetabile non tantum in natura ſua vegetabili, ſed de vegetabili intelligitur arg. vivum, quod dicitur lapis & non lapis, nec habet naturam lapidis pro ea quod ab ipſo poſſunt per noſtrum artificium 4. elementa ſeparari, & iſtud arg. vivum vel vegetabile, ut dicit Hortulanus, debes elicere melius &

Nota de 5. eſſentia metallorum.

Spiritus de corpore emanat mediante aqua.

clarius & fortius, & sine fecibus, quo poteris invenire, & separa istum spiritum 5. essentiæ ab eo & cum elementis conjunge isto modo, quem tradit Hortulanus.

CAP. II.

OPeratio vero in conjunctione dux est scilicet ut fiat elixir ad arg. vivum congelandum, & aliud est, ut fiat elixir ad vitam hominis conservandam, & ad omnem superfluitatem malorum humorum abjiciendam, & omnem infirmitatem humani corporis evitandam, prout dicit Hortulanus, qui hoc elixir sic docet conficere. Dicit enim sic: si vis facere lapidem philosophicum ad operationem alchimicam, Habeas cucurbitam æneam vel plumbeam, quia in pura operatione non est vis, cujus metalli sit, sed quod alembicus sit vitreus vel argenteus, quia in alembico conformantur spiritus vivi, & in ista cucurbita pone arg. vivum istud & pone alembicum desuper, sicut moris est in faciendo aquam rosaceam, & iste modus est ita communis, quod fere ab omnibus est notus, & cum lento igne destilla, & istum spiritum sub specie aquæ extrahe & separa ipsum à superfluitate sui phlegmatis, & in vase vitreo recipe illam aquam, in alio enim vase propter sui subtilitatem teneri non potest. Et nota quod operatio istius separationis contraria est operationi separationis lapidis mineralis. Quia in separatione & purgatione spiritus à phlegmate suo in lapide minerali pura aqua non recipitur, & nihil valet, quia nihil tenet de spiritu, sed secunda ut est dictum. Et in ista operatione purgationis spiritus 5. essentiæ à suo phlegmate semper pura aqua valet & recipitur quia plus tenetur spiritu & minus de aqua phlegmate, quam secunda tenet de eo spiritu aliquid sed non tantum sicut pura. Item tertia tenet adhuc de spiritu, sed non tantum sicut secunda. Quarta vero aqua nihil tenet de spiritu, sed abjicienda est cũ aliis omnibus superfluitatibus phlegmatis prædictarum aquarum separa ergo ipsum à suo phlegmate quanto plus poteris cautè, quia nunquam ita caute separabis ipsum, quin ipse retineat aliquam partem puriorem substãtię phlegmatis, id est, aqueitatis, iste spiritus semel separatus vocatur aqua ardens, & hoc quia si intinxeris pannum lineum in ea inflammabitur & non comburetur. Et nota, quod in ista operatione separationis os cucurbitæ debet intrare collum alembici & intrare ultra cannellam alembici, aliter nhil haberes, cucurbitam æream emi Parisiis, cum hoc opus feci precio 12. solido.

Vide causam, quare pura aqua in separatione minerali non recipitur.

ſolidorum Pariſienſium. Item nota quod certum pondus ar. vivi in hac operatione ſeparationis non requiritur, verumtamen ex una libra ipſius extrahes unam parvam ampulam de aqua ardenti puro quam debes ſervare ad partem. Secundo extrahes unam partem ampulam, & hæc non eſt ardens, quam ſerva per ſe. Et tertio aliam extrahe & collige per ſe. Et iterum pone de arg. vivo in cucurbitam, & extrahe primam aquam ardentem, & tertiã ut prius. Et hoc fiat donec habeas in magna quantitate, poſtea ſepara caute phlegma à ſingula ipſarum, ut eſt dictum, omnibus tamen fecibus ipſius totius ad partem reſervatis, & ita habeas unum elementum factum ſpirituale. Et attende, quod aqua iſta debet habere iſtud ſignum, quando ſunt à toto phlegmate purgata & rectificata, quod ſi intinxeris pannum in ea bene ſiccum inflamabitur & non combureturut eſt dictum, & remanebit ſiccus ſicut prius, & tunc eſt ſatis purgata & rectificata, & ſi remanſerit in eo humiditas, quamvis inflãmetur, adhuc minus tenet de phlegmate. Si vero inflammatus comburatur melior eſt in duplo. Fiant autem alia tria elementa iſto modo ſpiritualia.

Aqua ardens.

Fecibus omnibus totius ad partem ſervatis.

Signum purgationis.

Alia elementa fiũt ſpiritualia.

Separatio olei & eiusdem rectificatio cum aqua prædicta.

CAP III.

FEces omnes à quibus hanc aquam extraxiſti, quas ad partem cum toto ſuo phlegmate reſervaſti, ut eſt dictum, accipe & pone in cucurbitam cum ſuo alembico, & ut moris eſt ſepara totum flegma ſuperfluum ab iſto lapide vel ab iſtis fecibus, donec oleum exulabit, & nihil fecis penitus retineat diſtillando & erit ſicut pix nigra & mollis, & tunc aquam ardentem prædictam rectificatam commiſce cum prędicta facta ſicut pix bene movendo, donec incorporetur, & tunc iterum diſtillabis vel ter, & tunc vocatur ſanguis humanus rectificatus, quem Alchimiſtæ quærunt. Item vocatur aer & ventus. Et de hoc loquitur philoſophus dicens. Portat illud ventus in ventre ſuo, & tunc habes duo elementa exaltata in virtute 5. eſſentiæ ſcilicet phlegma, aquam & aerem.

Nota de pice nigra.

Sanguis humanus.

Aer & ventus.

Separatio ignis & rectificatio eiusdem, & dicitur aqua ignea.

CAP. IV.

POſtea accipe prædictam ſubſtantiam quæ remanet ſicut pix & ſepara totum oleum ſuperfluum in alembico vitreo,

donec nihil olei remaneat, & tunc erit quædam substantia nigra & sicca, quam substantiam nigram pulveriza bene & commisce cum sanguine humano prædicto rectificato & dimitte stare per spacium trium horarum, & postea distilla & tunc vocatur aqua ignea rectificata, & sic habebis tria elementa exaltata in virtute. 5. essentiæ scilicet ignem, aquam & aerem.

Aqua ignea rectificata.

Separatio tincturæ cum aqua, sanguine, & igne & spiritus prædictarum, quæ tunc aqua vitæ nominatur.

CAP. V.

POsthac accipe dictam nigram materiam & calcina in furno reverberatione, donec sit perfecte calx & cum ista calce commisce aquam igneam rectificatam, & distilla & tūc vocatur aqua vitæ, fac eodem secūdo, id est, bis distillādo, & tunc aqua vitæ vocatur rectificata, & sic habebis 4. elementa rectificata purificata cum 5. essentia, id est, cum spiritu, & hæc est aqua vitæ quæ quæritur in opere alchimico.

Nota aqua vitæ.

De natura istius aquæ vitæ, & eius virtute, & qui sunt illi spiritus, ex quibus fit & dicitur quod hæc habet virtutem solvendi materiam sublimatam.

CAP. VI.

AQua ista fixat omnes spiritus & facit ingredi quod intelligendum est de prædictis elementis factis spiritualibus, id est, de natura spiritus, ut est dictum, quod ipsa fixat, & facit ingredi unum cum alio, & est verum in simul concordans & non de spiritibus mineralibus 5. de ar. vivo sulphure & arsenico vulgaribus, quamvis dictum sit superius, quod quædam aqua vegetabilis, id est, quæ ex vegetabilibus est facta reddit sulphur incontinens album & incombustibile, hoc totum dicitur de ista aqua. Quia hoc propriis manibus & experientia probabili experti sumus, quod ita hoc non facit, tamē solvit per optime Mercurium sublimatum, non tamen fixat ipsum, sed arsenicum sublimatum, nec sulphur solvere potest nec aliquod metallum, sunt autem quidam qui dicunt, quod etiā fieret aqua ardens simplex & præmittitur sine cōpositione multorum aliorum prædictorum, & calcinaretur tartarum vini albi & postea illud cum ista aqua ardenti simplici ad similitudinem pasti imbiberetur, & iterum addito tartaro distil-

Notādum.

distillaretur, & sic ter fieret, nullum vas vitreum posset aquã ipsam retinere, unde debet bis aut ter mutari de uno vase in alio, ista sola combureret mercurium & solveret in aquam, quicquid vis quod in ipsa poneretur, ergo & omnia metalla & spiritus etsi tota simplex sic præparata omnia corpora solveret, multo fortius deberet ea solvere, si esset ut præmittitur de aliis elementis composita. Et ideo quidam in hanc aquam voluerunt elicere secretum lapidis mineralis prædicti, & solvere in unam partem corpus album, & in aliam partem corpus rubeum. Et postea de istis duabus aquis facere compositum seu verum matrimonium vel elixir, & deinde cetera omnia facere de ista aqua quæ superius diximus fieri de aqua ibidem descripta in lapide minerali. Si autem hoc verum sit vel falsum, hoc non affirmamus, quia non probavimus, Etsi non sit verum, tamen palea est in se habens & naturaliter cõtinens granum veritatis sub ipsa similitudinarie absconditũ & celatum, quare ex hoc potes elicere simile secretum lapidis mineralis posse inveniri & fieri per alias res quam per illas aquas tibi superius diximus, quod potest fieri & vere fit. Scimus tamen certissimè experientia probabili quod corpus album solutum per se solum & postea in margaritis albissimis & clarissimis tanquam cristallus & fluentibus tanquam sera redactum in prædicta aqua omnibus suis elementis elementata præmittitur in ea à nobis positis ad solvendum à prædicta aqua nunquam potuerunt solvi & tamen dictum corpus sic perpetuo sine dubio in aqua communi 5. dulci de fonte vel puteo statim solvitur, quod fuit valde mirum. Nota bene

Ad propositum revertens aqua ista sicut præmittitur elementata, ut dicit Hortulanus, habet vim suam superiorem & spiritualem, id est, non fixam & habet vim suam inferiorem corporalem, id est, fixam, & tamen non est fixa, sed habet vim fixandi. Et hoc est quod philosophus dicit, quod est superius est sicut quod est inferius & è converso ad perpetranda miracula rei unius oportet, quod ista 5. essentia, id est, spiritus retineat vim suam spiritualem, & habeat omnem vim 4. elementorum, id est, corporalem, si miracula debeant inde perpetrari. Qui si talem vim habuerint, multa miracula super omni opere alchumico perpetrantur. Et hæc eadem verba recitavimus superius in cap. de lapide minerali. Item nota quod quandocumque rectificaveris pluries singula elementa per destillationem, ut est dictum, tanto est melius. Item hæc aqua debet servari in vase vitreo forti, cujus os sit strictum graci-

le & venter grossus, & obturetur cum panno lineo superius cum mastice, & tunc aquam servabis quamdiu volueris.

De virtute modicæ tincturæ huius lapidis quæ sementum lapidis appellatur.

CAP. VII.

Ex aceto distillato vinum.

SCias quod in hoc lapide ut dicit Hortulanus, est modica tinctura, sed magnę virtutis sunt, diximus in lapide minerali, & veræ tantæ mirabilis virtutis & naturæ est, quod si super ea projicitur acetum distillatum per alembicum sine dubio in vinum bonum purissimum vertitur, de quo posset fieri aqua ardens & aqua vitæ, ut dictum est, & nos istud fecimus & propriis digitis probavimus, & invenimus esse verum, & non cures si parum sit de terra, quia sicut parum fermenti levat, & fermentat magnam quantitatem pastæ, ita istud modicum tincturæ quod tenet lapis iste sufficit ad nutrimentum totius lapidis. Cave tamen ab his, qui extraneas ponunt terras. Quia aliqui quærunt tartarum vini & dicunt quod terra lapidis istius aliqui quærunt feces vini fortiter calcinatas, alii cineres vitis, & ita circumducũtur, & pariter cadũt in foveam, & credunt facere aquam vitæ, & faciũt aquam mortis, quia non debet esse extranea tinctura. Gebro testante, qui dicit: lapis unus, arg. vivum, medicina una scilicet arg. vivum. Cui lapidi nihil extraneum additur, nisi quod superflua removetur. Ita in hoc vegetabili lapide sicut superius diximus est agendum.

Incipit secunda pars libri secundi, in qua continetur operatio huius lapidis, & qualiter media ipsius pars rubificetur.

CAP. VIII.

HÆc autem sic facta extranea calcinata & à suis superfluitatibus separata & mundata remanebit removebit quasi in una massa aliquantulum dura nigra rubiginosa, tamẽ cum fuerit calida, & non omnino frigida, remove eam de crucibulo, in quo eam calcinasti & pone eam super marmorem calidum, & tere in pulverem & postea hanc terram pulverisatam pone in cucurbita vitrea, & prædictam aquam vitæ in duas partes æquales divide & eam quantum in suo proprio

prio perpetuo vase custodi. Deinde accipe unā partē de duab. quib. volveris & pone eam in cucurbita vitrea super dictam tincturam tantum quod scripsit & eam superet ad spissitudinem unius digiti, & super cucurbitam pone alembicum proprium & hoc in furno in aludello pone super cineres & fac ignem satis temperatū, ita quod bulliat aqua illa in cucurbita super terram, & continua hanc ebulitionem donec videas quod aqua ista tingatur in rubicundissimum colorem vel ad minus glaucum vel citrinum, quod erit in una hora vel ante & cum tincta fuerit remove ab igne & dimitte infrigidari & residere. Verum cum opus hoc feceris, debes à principio ponere aliquod vas receptorium ad nasum alembici, in quo recipiatur aqua quæ exibit faciendo hoc opus, & hanc aquam sic collectam pone cum alia parte tingenda. Et cum fuerit vas infrigidatum, invenies aliquam claram lucidam serenam rubicundam vel citrinam quam caute de vase remove, ita quod non turbetur cum terra, & custodi eam in vase sic ad hoc appropriato, & hæc aqua rubea à prædicta terra sic seperata accipe cucurbitam cum ista terra, & iterum pone eam super furnum inter cineres cum suo alembico & pone receptaculum ad nasum alembici, & fac ignem temperatum in furno & sic desicca ipsam terram peroptime & recipe aquam & pone cum residuo aquæ non tinctæ. Tunc remove terram siccā de cucurbita & pone ipsam in suo crucibulo sicut fecisti & facere debuisti & cū cooperculo ad hoc apto iterato calcina ipsam tincturam sicut prius fecisti in furno reverberationis vel alibi cum bono igne. Quo facto remove crucibulū & dimitte infrigidari, sed antequam omnino infrigidetur, iterato tere eam super marmorem tepidum ut prius fecisti, & pone hanc aquam rubeam cū alia aqua rubea & serva ipsam bene obturatam. Et sic reiterandū est per hujusmodi calcinationem tincturæ & solutionem ejus in aquam rubeam donec tota ista medicina pars aquæ vitæ tingatur & rubificetur, quā tincturam serva ad partem in vase suo bene obturato cum panno & mastice ut superius dictum est. Et nota in qualibet solutione & calcinatione istius terræ singularum aquæ vitæ non potest plus solvi de ea nisi pondus unius floreni de Florentia, & hæc omnia fecimus cum propriis digitis & probavimus cum prædicta aqua vitæ. Item adverte, quod cum pars media rubificata fuerit, ut dictum est, residuum terræ quod remanet amplius non est calcinandum, sed tantum eo modo quo jam dictum fuit.

Qualiter fit opus ad album per hanc terram & aliam partem aquæ non tinctæ.

CAP. IX.

QVum aut post rubificationem aquæ prædictæ hujus modicæ tincturæ medietas fuerit exiccata, tunc accipe istam tincturam & pone ipsam in cucurbitam orbatam vel cœcam longam & altam, cujus fundus sit rotundus ad modum cœlestis lunæ, & cautè hoc facias, ne spiraculo cucurbitæ removeatur ipsa tinctura. Et antequam ipsam ibi ponas scias ejus pondus, & deinde tantumdem accipe de aqua vitæ non tincta sed de alba & pone super ipsam tincturam & obturato cucurbitam, ita quod spiritus non possit ab ea exire, & pone hoc vas in fimo equino calido & dimitte ibi sic, & ipsa aqua vitæ super tincturam totiens sublimabitur & descendet donec virtute ipsius ipsi spiritus vel aqua inspissetur & retineatur in ipsa terra, & in ea figatur in quandam materiam albissimam cristallinam quæ apparebit super tincturam illam non in uno loco sed per plura loca ipsius tincturæ quam per lineam, maculas albas cristallinas propriis oculis videmus. De quibus maculis dixit Morienus, tinctura nigra cito accipit maculas albas cristallinas. Has autem maculas albas cristallinas propriis oculis vidimus, & quum iste spiritus sic detentus fuerit, & conversus in terram suam, tunc iterato secundo quantam partem totius quod est in vase de spiritu non fixo, id est, de prædicta aqua vitæ alba, accipe & iterum pone super illud in cucurbita & obtura vas ut prius & pone in fimo equino ut ascendat & descendat ista aqua vel iste spiritus donec inspissetur & virtute tincturæ aqua retineatur ut prius. Et sic reiterandum est hoc opus eodem & eisdem ponderibus aquæ vel spiritus & eodem igne & calore temperato, ut dictum est, donec tota pars ipsius aquæ albæ vel ipsa 4. elementa contenta & exaltata ut est dictum cum spiritu 5. essentiæ per ipsam operationem fixentur, per secundā operationem virtute tincturæ & humiditate 5. essentiæ & fiet unus lapis cristallinus. Et hoc est quod dicit Hortulanus: ascendit à terra in celum, id est, 4. ista elementa prædicta sunt ascensa, id est, exaltata per sublimationem & à terra in celum, id est, cum spiritu lapidis. Postea dicit quod iterum descendit in terram hoc est, quod ista 4. elementa ascensa, id est, elevata cum spiritu 5. essentiæ per puram operationem descendunt in terram, in qua fixatur in virtute spiritus 5. essentiæ & remanebit unus lapis cristallinus, de quo fit elixir perfectum

fectum retinens Mercurium, id est, fit lapis albus, ut dicit philosophus habens eādem naturam & virtutem sic lapis albus mineralis, ut superius dictum est, & tot nominibus nominatur sicut iste, & ista aqua vitæ sive spiritus similiter & terra ista sive aqua alba & tinctura ejus tot nominibus nominatur, sicut supra in lapide minerali. Et hæc de lapide vegetabili generaliter dicta sufficiant, quo ad album. Nunc autem de rubeo lapide vegetabili dicendum.

Qualiter fit corpus rubeum de aqua rubea, & dicitur opus tertium huius lapidis benedicti.

CAP. X.

OPere secundo hujus lapidis ad album ponito de tertio ejus opere videlicet ad rubeum dicendum est. Hoc autem opus tertium sic fit, unde ad evidentiam præcedentium & sequentium sciendum est, quod elixir album prædictum retinet Mercurium perfecte, sed nullam habet in se tincturam neque dat, & ideo antequam procedatur ad rubeum, quidam sunt qui dant sibi tincturam tali modo. Primo sciunt pondus totius prædicti elixir & postea æquale pondus accipiunt de mercurio crudo bene mundato & clarificato, ut inferius dicetur, & deinde istum Mercurium sic mundatum & clarificatū dividunt in duas partes ęquales, & quamlibet partem ponunt in uno crucibulo. Et deinde in singulo crucibulo ponunt tres partes lunæ purissimæ, & in alio unam purissimi solis, sicut moris est faciendi, quum artifices nolunt aliquid deaurare vel inartificare, sed quemadmodum hoc sit faciendum, inferius dicemus, & hic modus algamatio vocatur. Et deinde has duas algemationes, id est, auri & argenti simul in uno crucibulo ponunt, ut commisceantur & peroptime conjungantur simul, ita quod totum fiat unum. Et totum istud algema, tunc ponunt in vase prædicto, & cum eo conjungitur per minima una cū prædictis corporibus sc. sale & luna, & totum istud convertitur in elixir album, & fit res una, quæ est unum & idem sine differētia fixa & alba & clara, & tunc dicūt quod sic est matrimonium corporis & spiritus cum isto lapide & quod sic recipit tincturam elixir album, quia ibi est tinctura & tinctum fugiens & fixum mascula & fœmina. Tunc ista medicina fit elixir seu lapis albus si supra Mercurium projiciatur ipsum & quodcunq; corpus in purissimam lunam convertit & transmutat & de commixto tollit quicquid in eo fuerit, & dicunt isti quod sic est in operatione istius lapidis, sicut

ſicut ſupra dictum eſt in minerali, & quod generatur ex una parte ſcilicet ſole cum matris conjunctione ſcilicet lunæ & alimento matricis ſcilicet tincturæ iſtius, virtute cujus & natura cum ipſo prædictum elixir fuerit generatū & nutritū. Res in filii autem elixir prædictum vel medicina patris ſimiles in pondere erunt, ſi longa decoctione caruerint, erunt matri ſimiles in albedine, & patris pondera retinebunt. Et ſic patet, quod in generatione iſtius lapidis ſeu compoſitione duo ſunt neceſſaria convenire ſcilicet terra & aqua elementata ipſius lapidis ſol & luna Mercurius. Et cum voluerint ipſum multiplicare ad album accipiunt de mercurio ſublimato & diſſolvunt ipſum in aquam albam de qua eſt, & iſtud elixir per optime diſſolvitur in ipſa, ut dictum eſt ſupra, & poſtea de ea imbibunt dictum elixir pondere quartæ partis ipſius & congelant totum, ut eſt dictum reiterando ſic donec hauſerit de ipſo quantum voluerit. Verumtamen ſi dicta aqua eſſet tantæ virtutis quod poſſet prædicta duo corpora ſolvere ſcilicet ſolem & lunam ut ſupra diximus in quadam palea, non eſſet tunc neceſſaria facere amalgacionem ipſorum, ut eſt dictum, ſed tantum ipſi ſoli in prædicta aqua ſoluti ſuper prædictum elixir poſſet poni & prius ea fieret, ut dictum eſt, & dicūt iſti hujuſmodi operationē velle invenire, Ortulanus ſcilicet quod cum ſole & luna fixari debet lapis iſte, per hæc verba, quæ in libro ſuo dicit quod aliquid extraneum in hoc lapide non debet poni & poſtea ſtatim ſubjungit illud non eſt extraneum ſcilicet ſol & luna in quo figi debet, id eſt, fixari vel conjungi. Ergo iſte lapis ſecundūm ipſum à vegetabili incipi debet, & in minerali conjungi & terminari, & hoc patet ut ſupra diximus in lapide minerali, id eſt, in uno incipitur & in alio terminatur, ut dicit Aros. Et quando volunt iſtū lapidem ad rubeum convertere, frangunt vas iſtius lapidis & ex ipſo accipiunt totam terram, quam ibi invenerunt in fundo vaſis dealbatam & in alio vaſe huic ſimili ipſam ponunt, & poſtea accipiunt de prędicto lapide albo partem unam, & ponunt in alio vaſe, & cooperiunt bene, ne pulvis vel aliquid aliud poſſet intrare, & poſtea ſuper cineres lento igne vel ad ſolem tantum hoc deſiccant, quod poſſit ut cinis in pulverem redigi, & ponunt tunc ſuper marmorem mundiſſimum vel vitrum & cum mollecta vitrea ſuaviter terunt hanc medicinā. Et dicunt quod hæc operatio minerationis debet fieri inter album & rubeum & poſtea accipiunt de prædicta aqua rubea, quam ad partem tervaverunt, ut dictum eſt quod debet tenere in ſe de Mercurio ſublimato & iſtum cum tribus ſuis

partibus

partibus de ista aqua imbibunt super dictum marmorem & unum in alio conjungunt per minima. Et postea hoc totum ponunt cum illo vase in quo prædictam terram posuerunt, & obturant bene vas, ne exeat spiritus, Deinde sepeliunt ipsum in fimo equino calido, sicut in opere albo dictum est, & tam diu totum istud decoquunt, quod insimul faciunt congelare & fixare, & quanto longius post congelationem & fixationem ipsius decoquitur, tanto virtus ejus & colores intensiores habētur, & si tunc aliquid 5. de albo projiceretur super mercurium vel super quodcumque aliud corpus in verum solificum ipsum converteret & mutaret, & sic de commixto infirmo ab eo tolleretur totum quod haberet, & quādo volunt multiplicare ipsum, tunc eodem modo, eodem vase, & eodem pondere aquæ rubeæ omni Mercurio in ea dissoluto & eodem regimine faciunt ut dictum est, & toties reiterant, donec de isto lapide rubeo habuerint, quantum voluerint. Et est iste lapis, quando est perfectus lucidus clarus & rubeus tanquam carbo in tenebris vel rubinus. Nota quod illud quod fecisti in lapide albo de mercurio sublimato, si tibi defecerit, unde de isto sic præparato non habueris, potes idem facere ar. sublimato redacto in oleo, per quandam aquam, quæ fit ex animali, & tunc non oportet uti prædicta aqua alba elementata sive alterata. Et tunc patet, quod iste lapis est non solum vegetabilis, quia ex vegetabili incipit vel mineralis, quia in minerali terminatur, & cum his duobus est animalis, quia ex animalibus ad perfectionem coadunatur, Ergo est trinus & unus. Item similiter in lapide rubeo si defecerit tinctura in aqua rubea loco ipsius aquæ & Mercurii potes uti sulphure prius remota ejus combustibilitate & adustione, & redacto in albedinem & incombustibilitatem per quandam aquam quæ fit ex vegetabilibus, & per alia per quæ possint coadunari ad perfectionem operis, & abbreviationē lapidis mineralis ut supra nominamus ad istum lapidē, eidem possunt similiter & nocere. Et hæc omnia de isto lapide dicunt plures ita esse. Sed hoc non affirmamus probavisse, ut supra dictum est ad album, & super ipsius tincturæ maculas apparentes, Cujus autem elixiris vel lapidis ex vegetabili Mercurio generato ut dictum est, quum projectionem facere volueris, faciatis eodem modo & similibus ponderibus secundum quod ejus virtus & subtilitas requirit. Et experiri prius debemus quantum pondus requirit, & in simili vase ut dictum est in lapide minerali in capite de projectione. Et nota quod ista aqua rubea & tinctura tot nominibus nominatur, quot

Aqua ex animali.

tur, quot & quibus aqua rubea & tinctura superius nominatur in lapide minerali. Et scias quod elixir istius lapidis quum factum est subtilius quam elixir lapidis mineralis. Qualiter autem per istum lapidem album & rubeum fixatur lapides preciosi & fiat nitrum maleabile, ita quod sub maleo cudatur tanquam metallum, tuæ experientiæ relinquimus indagare. Nunc autem ad elixir faciendum per hujusmodi Mercurium vegetabilem, per quod vita hominis conservatur in sanitate & corpus ejus ab omni superfluitate curatur, & à supervenientib. languoribus defenditur, veniamus, si vero facere volueris aquam vitæ, id est, elixir ad vitam hominis tuendam & cõservandam, & ad omnes ægritudines curandas, secundum quod dicit Hortulanus philosophus: Fac aquam vitæ ardentẽ rectificatam, id est, omnino secundum quod poteris à suo phlegmate separatam, ut est dictũ, & ex ea natura facias sanguinem humanum, quod si esset sanguis amitteret vim suam receptam virtute herbarum, id est, secũ vel tincturam propter nimiam oleiignitam humiditatẽ & saporem totum fedaret, nec esset congrua ad talem recipiendum. Item non facias ex ea aquam igneam, ut supra dictum est, propter hoc quod tãtæ fortitudinis est, quod omnia destrueret comburendõ, & sic esset periculum, propinandi ipsam, eo quod ipsa non est vere rectificata, nec hujusmodi signũ in sua rectificatione est assecuta, videlicet ut omnia destruat comburendo. Sed quod ẽt perfectio cujuscunq; lapidis consistit in virtute suæ terræ, quę nutrix vel fermentum appellatur teste philosopho dicente: nutrix ejus est tinctura, si quo fermento spiritus lapidis nullo modo perfecte determinatur, nec complementum sine virtute possidet. Ideo hujus aquæ. i. spiritus 5. essentiæ, qui in ipsa latet, dimittit virtutem in sua terra. Et hoc est quod dicit philosophus: vis ejus integra si versa fuerit in tincturam, tũc vim suam perfecte & integraliter obtinebit, & tunc vocatur aqua vitæ, Et si pluries ab eadem tinctura ipsam distillaveris, erit aqua vitæ rectificata & perfecta.

Ad aquam vitæ faciendam & elixir ad hominis vitam tuendam & conservandam & ad omnes humani corporis ægritudines curandas.

Cap. XI.

Si vero facere volueris aquam vitæ, id est, elixir ad vitam hominis tuendam & conservandam, & est arcanum archanorum preciosissimum omnium aliorum, tibi fili charissime preci-

me precipimus in his verbis. Accipe aquam prædictam rectificatam, ut est dictum, & postea recipe de elixir rubeo prædicto, id est, de lapide prædicto perfecto rubeo ut dictum est, vel de duobus in simul, quum sint ejusdem naturæ, & in uno lapide de duc aquā quantum volueris, & tibi videbitur satis, & in hac aqua vitæ rectificata pone ad solvendū, & dissolve lento igne vel sine igne, prout tibi melius videbitur, & certo dissolvetur ita quod fiet aqua rubea aurea clara limpida & serena & ita habebis summam aquam vitæ perfectam, quam conserva in vase proprio vitri, obturato cum panno lineo & cum mastice, ut supra dictum est, hæc autem aqua fœcundum balsamum appellatur. Sed hanc prius adinvenit ut quidam dicunt, Menander, quod non credo, sed potius Hermes pater Alchimistarum, sicut patet, invenit artem Alchimicam, quæ si in potionibus medicinalibus apponatur, purgat sumentem ab omni languore & ægritudine, & ab eo removet omnes superfluitates, & languores, lepram expellit, & à supervenientibus infirmitatibus defendit.

CAP. XII.

NVnc autem de cetero videndum est, qualiter ex animalibus lapis posset generari, ut tota ars ista sub plena sermonum serie ostendatur. Dicit enim Hortulanus verba ista: Qui lapis sit vegetabilis, scio ergo quæ loquor, quia ex succibus trium herbarum ante simul conjunctarum, quarum nomina dicemus inferius. Postquam fecissemus in fimo stare 12. diebus, vidi Mercurium emanare, & hæc sunt nomina eorum: Mercurialis, portulaca marina, quæ lac album facit, Et alidonia. Cujus Mercurii sic inventi non fuit differentia ad alium Mercurium, qui venalis invenitur, Ergo lapis ex vegetabilibus est. Sed ista vegetabilia in animalia transmutantur tali modo, & ideo lapis est animalis. Qui et fit animalis scio ego quæ loquor, dicit Hortulanus, quia separatis elementis, quamvis autem & æquali pondere simul mistis sine aliquo additamento, & in forti vase vitreo cum parvo spiraculo in fimo moti remissi caloris collocato, & infra tres menses vermes horribiles procreantur, quorum unus alium devorat, donec remaneat unus solus, qui sese pascatur mercurio prædicto & crescit ad quātitatem bufforum, Cujus forma terribilis est, & hoc animal per se est elixir super plumbū. Ergo lapis & animal, & sic lapis prędictus à vegetabili incipit & in minerali terminatur. Quum aūt ut est dictū dictæ herbæ fuerint putrefactæ sc. post 12. dies vel 15. nō est vis de tempore nisi

nisi quod sint putrefactæ, id est, succus ipsarum præparatus, & in putrefactione istius succi istarum trium herbarum scias, quod bullit iste succus & permanebit sicut vivum patens in suo sermone & tunc extrahe illud vas cum eo quod intus est caute, ita quod non turbetur, nec cum fecibus commisceatur, & tunc separa mercurium quem sine dubio illis super feces invenies procreatum à fecibus suis, super quibus est, & erit clarus. Separa ergo ipsum cautè effundendo ipsum in alio vase mundo, & sunt omnia ista vasa de vitro, & postea istum Mercurium distilla pluries per filtrum, donec fit clarus & serenus & sine fecibus, quod non erit, nisi sic pluries distilletur. Iste enim Mercurius erit multum oleiginosus & citrini coloris, tendens ad rubeum & multum fœtens, & in se perfecte continens 4. elementa, Et ideo dicitur lapis, quod ab eo possint, per nostrum artificium separari, & de isto Mercurio præpara magnam quantitatem, quia omni tempore non invenitur, nec ubique herbæ, ex quibus elicitur haberi possunt, putrescit autem in phiala vitrea longum collum & grossum habente vel in urinalibus satis possis. Et debent ista vasa impleri usque ad summum. Dicit enim Geber in summa perfectionis magisterii, quod dux est distillatio inventa in hac arte. Vnaque fit per alembicum, ut est dictum, & alia, quæ fit per filtrum de qua loquitur in capitulo præcedenti. Causa autem breviter hic non dicetur de alia distillatione per filtrum. Accipe ergo illum clarum & serenum & sine fecibus & pone in cucurbitam æneam vel plumbeam cum alembico vitreo, & pone in aludello inter cineres, & super furnum cum lento igne, & distilla ut mos est, & exibit aqua clara tanquam lachrima, quam serva ad partem, & iterum pone ipsam super feces suas & destilla ut prius, & postea distilla eam septies per se & serva ipsam ad partem, postea separa ab ea elementa prout inferius videbis in parte sequenti, & postquam fuerint separata, reges ipsa regimine infra scripto.

Duplex distillatio.

In hac operatione istius lapidis animalis, sed statim ut fuerunt separata accipe æquale pondus & incorpora super marmore, simul donec fuerit una res, & non sit in ea divisio vel doctrina & postea hoc totum sic compositum accipe & pone in tali vase, ut superius dictum & sepeli in fimo molli remisse, & vide ne spiraculum vasis exobturetur, sed cave, quod nihil intret in eo. Et hæc compositio dicitur elixir vel matrimonium corporis & spiritus, & sicut in aliis lapidibus spiritus 5. essentiæ est in isto lapide & conjunctione istorum, & scias quod ignis sulphureus est in isto lapide in quo igne spiritus 5.

essentiæ

essentiæ latet & habitat sicut in aliis lapidibus. Et nos dictum ignem inflammabilem in ipso lapide vidimus & ideo hoc testamur. Si autem dimittas istud vas in suo furno cum lapide prædicto, donec videas in eo vermes generari, quibus generatis dimitte adhuc ibidem, donec alter ab altero devoretur & remaneat unus solus ut est dictum, & debet pasci de materia prædicta, quem debes reposuisse ad partem, donec veniat ad modum buffonis, ut est dictum, verumtamen cave ne in pascendo tantum de hoc ☿ ponas, quod prædictum animal quod dicitur elixir sumergatur, & si Mercurius iste, deficeret, antequam istud animal procrearetur, de vivo alium facias iterato. Potes autem istud animal facere ita magnum, quantum volueris, & quantitas & amplitudo vasis exposcit. Et nota quod satis est, si aqua ista vel istius lapidis semel distillatur, quamvis superius dixerim septies & plus distilletur. Quum autem volueris istud animal interficere & in pulverem lapidis convertere, obtura vas fortiter, & cave ne amplius habeat aerem, & pone super cineres calidas & fac ignē temperatum scilicet lenem subtus vas in furno & statim morietur, quo mortuo statim per subtilitatem tuam desicca & decoque, donec ut quidam dicunt, sit rubeum & possit pulverisari & tunc remove de dicto vase & fac inde paulatim & serva. Et exinde cum volueris operari, & fac de eo projectionem tuam super plumbum tantum & non super aliud metallum secundum pondera quæ ipsum probaveris prius posse convertere, & convertet illud secundum colorem suum. Nō autem volumus, quod de isto elixir vel lapide fiat medicina humorum corporum, neque quod putrificentur lapides preciosi. Et nota quod ista separatio elementorum facta modo prædicto, & similiter compositio tantum in operatione istius lapidis aliter, observetur. Et nota quod ista separatio elemētorum facta modo prædicto, unde si volueris facere lapidem magnum philosophicum per alium ☿, sive per alia animalia aliter, habent, & debent elementa præparari & conjungi, prout in sequentibus demonstrabitur. Ex his omnibus concluditur, quod lapis est animalis, ut dictum est. Et scias quod vermes istius lapidis vidimus, & sunt cum mortui fuerint albi coloris permixti modica quadam citrinitate grossi & curti, habentes fracturam lucidam, & usque ad ipsarum projectionem tantum & aliter non. De hoc lapide propriis digitis probavimus evidenter.

De spiritu inflammabili in lapide.

CAP. XIII.

Modus utilis, qualiter elementa separentur & conjungantur in omni vegetabili & animali, à quo possint 4. elementa separari ad componendum magnum lapidem philosophorum præterquam in duobus prædictis in his quæ sequuntur, secundum quod in libro de 30. verbis habetur, sic tibi breviter declaratur. Separa ergo ab illo vegetabili & animali, de quo intēdis magnum lapidem facere, priusquam per se per distillationem alembici bis super suas feces, & postea septies per se & iterum septies supra, vel cum speciebus his, videlicet cum mixto & albizeta, quas species penes apotecarios his prædictis nominibus invenies, & sic erit aqua perfecta, quam serva ad partem per se usque ad horam necessitatis. Postea fortiori igne distilla per alembicum, aerem & ignem simul, quæ duo consistunt in alio lapide. Et post hoc oleum quidam ponunt in aliam cucurbitam cum alembico, & bene cum solvatur, & caute in caldario, ubi sit aqua & stramen, & post hoc faciunt aquam bullire & distillant oleum album ex vegetabilibus & animalibus. Aliter enim nisi per distillationem factam per aquam calidam extrahi non potest oleum album à prædictis, ut dicit Geber, quod ista distillatio per aquam calidam non est ita expulsiva, sicut est illa quæ fit per cineres, nec ita secum elevat grossiores partes distillandorum. Deinde oleum istud, quod erit quodammodo fuscum & citrinum in alia cucurbita, sed eodem modo & loco distillant. Septem vicibus donec exierit aqua alba & clara, faciens tales signum scilicet ferrum ignitum in ea septies extinctum mollificat & in proprietatem lunæ convertit. Aliter vocanda est ejus distillatio, donec hoc signum fuerit assecutus. Deinde ignem capiunt, qui in fundo cucurbitæ remansit & terunt tunc solum per se & ad solem desiccant, quia non siccatur nisi laute fiat, & ideo iterum teritur usque ad 70. vices, quaque vice terendo & in sole dimittendo, tunc paulatim incipit minuens fumositas. Postea iterum terunt & imbibunt prima per modicum ex prima aqua, & fit super planum marmor. Et deinde ponunt in vase magnam fabricam habente & claudunt ipsum & ponunt inter cineres lento igne vel in fimo calido & postea faciunt ignem aliquantulum vehementiorem, donec fuerit desiccatum, & postquam desiccatum fuerit, extrahunt ipsum, & hoc sic per diem unum & noctem faciunt, & hoc tam diu donec fiat lapis & sit liquidum, Deinde accipiunt ipsum terunt, & parum

per

per ex aqua prima imbibunt, faciendo ignem vehementiorem, & sic terunt donec fiat lapis durior priore, & sic adhuc terunt reduplicando ignem, donec posset pati, quod in igne assetur, & cum fuerit assatum, erit completum. Hujus autem ignis perfectionis significatio est, quod mutat colorem in citrinitatem, donec in solem commutatur, quod si non fieret, reiterandum est. Donec istud signum fuerit assecutum, Postea accipiunt terram & optime terunt in aqua prima modo prædicto, sed terendo & assando longiori tempore eam imbibunt. Deinde ponunt ipsam in vase, & in lento igne super terunt & faciunt majore, donec spacio septem dierum desiccetur. In tot enim diebus desiccabitur. Deinde extrahunt eam, & ex aqua imbibunt, quantum est suum pondus & cavent in hoc loco, ne ipsam ex sua aqua quantum est sui medietas ponderis, aut pars quarta aut tertia imbibant, nisi eo modo quo dictum. Quibus ita ex istis ipsam tertio imbibunt, quantum est sui ponderis & in eodem igne, aut aliquantulum fortiori ipsam ponunt ut prius. Deinde extrahunt & invenitur mutata in colore alio, quam prius erat trahens magis versus albedinem citrinam. Postea extrahunt tam à vase & terunt eam in marmore fortiter & præmittunt eam, ut iterum desiccetur, & hoc faciunt vel bis aut ter vel 4. vel quinquies in die secundum exigentiam desiccationis.

CAP. XIV.

Modus utilis qualiter elementa separãtur & conjungũtur in omni vegetabili & animali, à quo possit 4. elemẽta separari ad componendũ magnum lapidem phisicũ, præterquam in duobus prædictis in his quę sequuntur secundum quod in lib. de 30. verbis habetur, & postquam ita fuerit desiccata dimittunt ipsam in isto igne, & postea in fornace parva fortiter assant, & exibit colorata colore citrino, post hoc ipsum albificant terunt & imbibunt, & in igne furni suaviter assant, & hoc tribus aut 5. vicibus agunt & erit sicut cerusa in albedine, & sic erit facta. Cujus signum perfectum erit, si aliquid de terra ista super æs profectum fuerit, ipsum in albedinem permutabit. Quum autem sic steterit, postea faciunt compositionem suam ex prædictis elementis signa prædicta & naturam habentibus, quam compositionem vocant matrimonium sive conjunctionẽ corporis & spiritus sicut in aliis lapidibus supradictis. Et hoc agant tali modo. Sumunt enim terræ præparatæ partes tres & ignis unam & commiscent, & duas partes æris vel olei

superaddunt, & omnia simul terunt & in aceto ponunt, id est, in aquam primam quæ dicitur acetum, vel Mercurius istorum lapidum secundum opinionem quorundam, & ponunt in vase & obturant & sepeliunt vas in furno & congelant totum istud, & fit terra. Deinde ponunt super hanc terram ignem, oleum, acetum ac aquam congelatam iterum tantum æris quantum & ignis sit duplum, Et non est in hoc ambitio neq; dubietas, & possit in vase suo proprio bene facere, quod magnum collum & magnam fabricam habeat, & in debili igne furni assant, quod 7. vicibus agunt. De isto vase extrahunt & oleum album quid relictum fuerit imbibunt, & post hoc ponunt in vase, & in fimo ponunt per unam diem & noctem. Deinde extrahunt & considerant, si alium inveniunt colorem, tunc jam opus incipit esse in itinere velociter, & si non revertuntur ad ipsius inhumationem donec colorari incipiat, & tunc considerant omnes alios colores, postea à vase extrahunt & terunt & imbibunt de prædicto oleo albo, modo & pondere quo prædictum est, & commiscent oleum, quod conjungunt cum aqua prima per unum diem vel duos, donec in aquam solvatur & mutetur, postea extrahunt ex aceto, & post ejus solutionem sumunt ipsum & in vase vitreo congelant igne debili valde donec in lapidem album convertatur & cereum, id est, tanquam cera fundatur. Tunc ex prædicto oleo albo & aqua simul mixtis imbibunt, ac simul assant inter manus suas ad ignem debilem. Ignis vero ex cineribus est donec fundatur, ut cera liquefacta. Quo facto jam erit completum opus ad album, & lapis & elixir convertens & transmutans Mercurium & omne corpus in lunificum verum & omnia alia facit, quæ lapis mineralis facit ut est dictum, & tot nominibus quot ille iste nominatur.

Nota de aceto, aquā primam vocat.

Si vero ad rubeum convertere volueris, opus istud quod fecisti cum ære, id est, cum oleo albo & post congelationem primam & conversionem veram, ut est dictum in opere de albationis, hoc agendum est cum igne & eodem modo & eodem regimine cum aqua prima vel aceto & simili pondere donec fiat lapis unus rubeus fluens fundens sicut cera, & igne perseverans & convertens & transmutans ☿ & omne corpus in solificum verum, & figens lapides preciosos & faciens nitrum maleabile. Hujus autem lapidis projectio si albi sive rubei fit unius partis super mille millium partes æris ...dus autem perficiendi est, ut una pars unius elixiris ...jaceatur, fundere ergo hæc simul mille super mille m...um. Quum autem unam partem super mille projece...

una

unam iterum ex illis super mille projice, & ita sic tantum facies quod scias & attingas pro centum pondus illius, & certus tuus numerus compleatur, & sic est perfecta operatio lapidis ex vegetabilibus & animalibus generati. Nec obstat quod superius diximus, quod aliquid vegetabile nec aliquid animale aptum est huic operationi lapidis benedicti, quia illud intelligitur, in quantum est in nostra sua vegetabili vel animali: nec est aptum huic operationi lapidis mineralis. Similiter nec in hac operatione esset aptum, quam diu esset in nostra sua vegetabili vel animali, sed quod per alterationem illud vegetabile vel animale alteratur & mutatur per nostrũ artificium alchimicum, ut est, & reducit in nostram aliam videlicet mineralem, & tunc est aptum ut superius in hac operatione est monstratum, & sic non obstat. Ex his concluditur quod omne vegetabile & animale in operatione lapidis philosophici in minerale convertitur & mutatur. Ergo omnis lapis phisicus est mineralis, quamvis ex vegetabilibus vel animalibus procreetur. Et sic patet, quod tantum unus est lapis videlicet mineralis. Quamvis ex tribus naturis quandoque sumat originem, & ideo diversis viis propter ejus diversas naturas habet operari, tamen omnia illa sunt & tendunt ad unum finem & sic concordant in unum omnia dicta philosophorum, quæ intelligi videntur esse multum diversa nõ tamen adversa. Maxima enim adversitas est dicere, lapis unus, medicina una, sed tantum est dicere, plures sunt viæ & plures sunt lapides, ergo &c. Et qualibet istarum nostrarum per se sine additamento albus possit fieri lapis philosophicus & intelligimus lapidem trinum, quod ex singulari natura trium naturarum prædictarum possit fieri unum, quod omnis lapis est mineralis. De modo autem operationis istorum vegetabilium & animalium videtur loqui Aristoteles in speciali divisione ad Alexandrum regem in penultimo cap. vel in parasco. O Alexander tradere tibi volo, &c. In ultima parte ipsius scilicet ubi dicitur sic Sed ego dividam tibi ipsum in operationes speciales. Dividitur ergo in 4. & duobus modis bene fit & sine turbatione. Quum ergo habueris aquam ex aere & aerem ex igne, & ignem ex terra, tunc habebis plane artem. Dispone ergo aeream substantiam per discretionem & dispone substantiam terream per humiditatem & caliditatem, donec conveniant & conjungantur, & non discrepent nec dividantur, & tunc non discrepant nec dividantur eis duas virtutes operativas aquam & ignem, quia si permiscueris aquam solam dealbabit, & si adjunxeris ipsum ignem,

Nota quod tantum unus est lapis scilicet mineralis.

rubefiet, deinde concidetur. Et hæc verba philosophi ad[illegible] çunt per se illi faciendo lapidem magnum dividunt & co[illegible] jungant elementa, prout superius est ostensum. Et iste mod[illegible] est specialis. Alius modus faciendi magnum lapidem con[illegible] netur in versibus istius artis, quæ præcedunt præscripta in[illegible] cto scilicet & sunt ista. Divide ergo ipsum in 4 partes quan[illegible] per se habebis unam naturam, divide, compone ipsum æqu[illegible] liter & proportionaliter, ita ut non sit in eo neque div[illegible] neque repugnantia, & habebis propositum Deo concede[illegible] te. Iste modus est universalis, & secundum istum modum,[illegible] operari voluerit, & dimittere conjunctiones proportion[illegible] elementorum prædictas speciales & istas utiliter accipere[illegible] ne compositione veniet ad effectum. Et hæc verba philo[illegible] phi ultimo dicta, quæ sunt modus universalis in commixt[illegible] ne & conjunctione elementorum adducunt, per se illi[illegible] faciunt lapidem ex mineralibus, ut superius dictum est. Q[illegible] dam autem dicunt, quod secundum philosophi verba præ[illegible] cta, in quibus continetur modus universalis faciendi conju[illegible] ctionem elementorum & proportionem in lapide philo[illegible] phico fit illa proportio elementorum, & est sicut super[illegible] diximus debere fieri in operatione lapidis, qui fit per aqu[illegible] vitæ videl. ardentem. Et satis adhuc videtur cōcordare di[illegible] verba, & nos non negavimus. Item similiter dicunt, qu[illegible] secundum prædicta verba philosophi in quibus contine[illegible] modus specialis in separatione & conjunctione proportio[illegible] li elementorum in faciendo magnum lapidem per aqu[illegible] ardentem videl. vitæ, & veniet ad essentiam Deo conceden[illegible] Sed tamē isto regimine in separatione elemētorum aqua[illegible] dente separata & perfecte rubificata accipiūt partem ipsi[illegible] quam volunt eis sufficere ad totum lapidem & remota om[illegible] superfluitate flegmatis ponunt eam super oleum factum [illegible] ut mollis pix & tam diu vel toties dictam aquam super ips[illegible] destillant, quod aliquam olei substantiam albam secum [illegible] vat & reportat, ita quod tingit in album & tunc dicitur qu[illegible] est vere rubificata & rectificata, & sic sanguis humanus d[illegible] tur, aliter non, postea servant eam ad partem de aqua ard[illegible] te, & cum oleo superfluo à fecibus remoto, ut præmittitu[illegible] à terra nigra, quæ peroptime desiccatur ita quod nihil [illegible] superflui in ipsa remaneat, & postea dicta parte aquæ pu[illegible] rizata in cineribus super dictam terram ponunt & rectific[illegible] distillādo illo modo, ut supra dictum est, donec hoc sign[illegible] fuerit assecuta, videlicet quod omnia destruat combure[illegible] & cum hoc signum habuerit, tunc iterato pulverisant ter[illegible]

Nota bene.

illam ut prius & postea ponunt in cucurbitam & illam aquam desuper & faciunt illam aquam bulire super illam terram, & omnia alia faciunt hic & eodem modo, ut supra dictum est de ea in rubificando aquam. Et tunc sine dubio hæc aqua ignea erit, & ita rubea sicut sanguis, & servant eam ad partem Item postea accipiunt terram & calcinant cum eodem, sicut supra dictum est. Et deinde aliam partem de aqua ardenti rectificata scilicet ad vitam hominis tuendam, ut supra dictum est. Et postea residuum aquæ ardentis ponunt sup. hoc sic facto dictam terram tertũ & calcinant, ut supra dictũ est, & postea residuum aquæ ardentis ponunt super istam calcem, & solvunt de ea id quod fuerit solvendum & ponunt ad partem & sic reiterant calcinationem istius terræ & solutionem, donec tota vel fere fuerit dissoluta in aqua prædicta, Et scias certissime quod dissolutio istius terræ non erit rubea, sicut est in alio regimine prædicto pro eo quod aqua ignea secum portat ut prædictum est, & debuit reportare, si recta facta fuerit totum colorem istius terræ rubeum. His peractis accipiunt istam aquam, in qua terra est soluta, & ponunt in cucurbita, & cum ea ponunt de aqua ignea, & simul miscent & permittunt commisceri & dicunt, quod est matrimonium corporis & postea suaviter in fimo equino extrahunt cum alembico aquam paulatim sicut in operatione lapidis mineralis, & recipiunt ipsam aquam & conservant per se ad partem donec appareat in fundo pauca terra clara & citrina. Quæ terra si pascatur & imbibitur cum aqua sanguinis, erit elixir album & perfectum. Et si de aqua ignea hoc fiat erit elixir rubeum perfectum. Et fiat simili regimine & ponderibus similibus, sicut in lapide minerali. Operari igitur in istud operatione operis, & reddet certiorem. Ex his igitur concluditur quod secundum verba philosophi lapis cujusque naturæ sive vegetabilis sive mineralis vel animalis per singularem naturam diversis viis & operationib potest fieri & adimpleri, tum ad finem verum, ut patet rationibus ante dictis, sed tu posses quærere, quæ sunt ista vegetabilia & animalia, de quibus debet fieri lapis philosophicus. Et respondetur eo modo, quo superius dictum est, ex quocunque vegetabili & animali, à quo posset arg. vivum elici vel emanare, quod in se perfecte habeat 4. elemẽta potest fieri lapis philosophicus ab alio vero nunquam. Veruntamen [*Scio quæ loquor, quod si cum optimo vino admisceatur, vel ita quod dissolvatur in eo, postea separentur, ubi aqua ardens fit mirabilis po-*

tentiæ. Et si in ejus rubificatione aliquoties apponat vel novum semper eam fortificat mirabiliter. Si etia ad elemēti compositum addatur tartarum crudū, ad huc erit fortior aqua, postea si admisceatur ignis cont naturam, facit mirabilia in exuperatione corporum, sic vivificatur totum istud quod sequitur in annota tione sequenti, quod ego feci & vidi quod istud m mirabiliter augmentat in prædicta aqua formam veg tabilem: Vide Cristop. Parisien. Quæ sunt illa vegetabi lia & animalia, ex quibus possit fieri lapis. Testor De quod hic omnia merito debent aureis literis scribi qu hinc elicitur mirabile instrumentum pro exuberation corporis, sed hoc nondū pervenit ad artificem duræ cer vicis. Nota istud cum maxima diligentia, quod ho concordat cum Acurtatoria Raimundi, ubi tractat de lapide mixto, aut videtur innuere secretum menstru aderi seri. i. compositi, ut scis. Correspōdet etiam istud ill loco qui est in illo capite quod incipit. Sunt enim mult corpora, &c. ubi facit mentionem de istis aquis, quæ fi unt ex animalibus mineralibus & vegetabilibus, & di cit quod per eas fit magna abbreviatio artis. Quod et iam concordat cum Raimundo. Dicit enim in sua A curtatoria quod in singulis aquis pauci sunt spiritus & si agitur, agunt solum non in extremitates. Ergo sequi tur quod in aquis compositis ut hic dicit, est major spi rituum quantitas Ergo solutio melior & conjunctio spi rituum melior quam unus spiritus ingroßat alium, u dicit Raimundus in præallegata epistola.] scias quo creator omnium altissimus creavit tres mineras principal & excellentissimas. Quarum in mineralibus, id est, inter m neralia est una videlicet solis & lunæ minera. In vegetabil bus est alia videlicet vitæ. In animalibus est inter animal apis. Ex his tribus mineris elicitur, & emanat ar. vivum, quo quærimus habens in se perfecte 4. colores & 4. elementa, quo arg. vivo fit lapis phisicus in modis omnibus superius d

monst-

monstratis. Ex isto autem vegetabili & animali vel minerali, de quo non possit haberi arg. vivum vel elici aut emanare non possit de tali vegetabili animali vel minerali pro se solum lapis fieri, sed cum aliis vegetabilibus vel animalibus vel mineralibus certo pondere admisceatur seu conjungatur quę naturam habent supplendi defectum elementorum, quę defecerunt in illo vegetabili seu animali vel minerali, tunc esset aptum ad hoc faciendum aliter non. Hæc his plane quæ quæsivisti. Melius autem arg. vivum, sive minerale, vegetabile, sive animale est illud quod fuerit aureatum & clarum & tale est sumendum, secundum quod dicit Aros. Accipe res aureatas & claras & sine errore. De isto autem lapide vel ar. vivo, cujus naturæ sit & qualiter secundum philosophos appellatur, scripsit Artes ad Alexandrum dicens. O Alexander tradere tibi volo secretum secretorum maximum. Divina potentia adjuvet te ad perficiendum propositum & arcanum celandum. Accipe lapidem mineralem, vegetabilem & animalem, qui non est lapis nec habet naturam lapidis, & iste lapis assimilatur quodammodo lapidibus montium, minerarum & plantarum & animalium, & reperitur in quodam loco, in quolibet tempore & in quolibet homine, & convertibilis est in quemlibet colorem & in se continet 4. elementa, & dicitur minor mundus, Et ego nominabo eum nomine suo, quo nominat eum vulgus, id est, ovum philosophicorum.

Argentum vivum sive Mercurius in tota operatione cujuscunque lapidis nunquam habetur nisi per putrefactionem. Vnde dicit Aros. Putrefactio est materia omnium rerum. Nihil enim generatur nisi pus putrefactionis. Vnde dicit creator naturæ. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet si autem mortuum fuerit, id est putrefactum multum fructum affert. Ita extractione dictorum seu emanatione illius lapidis, id est, Mercurii cujuscunq; naturæ rerum prædictarum naturarum, nisi mortuum fuerit, id est, putrefactum, ipsum arg. vivum solum manet, id est, nihil valet in quantum in se est. Sed si fuerit mortuum, multum fructum affert. Conjugium conjunctionis, id est, electorum Solis & Lunæ compositionis & conjunctionis. Completis operationibus supradictis. Est enim dux putrefactio. Prima est quando elicitur de loco suo, quod ex terra in aqua habitat, mortificabitur dum exit ab ea & projicitur, & ipsi retinetur, & hoc in quolibet ar. vivo vegetabili minerali seu animali, ita fit. Et hanc mortificationem putrefactionem pri-

Putrefactio est mater omnium rerū

mam appellamus. Et sic primo mortificationē seu putref. ctionē quilibet ☿ generat. Sed Mercurius mineralis in h: prima putrefactione nō est aureatus, nisi in intellectu. id est interius, donec in secunda alia aut duo argenta viva efficiar tur, deaurata quodammodo. Secunda putrefactio est Me curio minerali, quando corpus nostrum cum ipso conjung tur, efficitur spirituale, & tunc fit in vase & intellectu aurea tum & clarum vel rubeum, ut est dictum in aliis duob. arg. v vegetabilibus sive animalibus. Est secunda putrefactio qua do elementa separata iterato ad operationem sive genera tionem lapidis conjunguntur. Cujuslibet autem istarum du rum putrefactionem dux est. Nativitas una est occulta & al manifesta. Occulta primæ putrefactionis nativitas est quā quod est intus in ventre rei vel naturæ quæ putrescit non v detur, & naturaliter tamen nota est ibidem illa res occul per corruptionem illarum naturalem vel materialem. Et h fit cum res componuntur ad Mer. eliciendum & faciendu Manifesta est quando Mercurius est extractus & apparet c ctis manifeste. Manifesta secunda putrefactio nativitas e quando post discussionē rei vel materiæ in ventre ipsius Me curii vel lapidis ipsa res extra ventrē suum, in quo fuit port ta & reportata facienda postea apparet cunctis patens & m nifesta, & hoc est fermentum lapidis cujuscunque in singu lapide portare & ventre venti & ibidem generatur & nat tur nativitate prima occulta post putrefactionem & inspiss tionem ipsius & remotionem venti, id est, aquæ ab ea. A cunctis apparet manifeste generatum & natum nativita manifesta. Unde putrefactio est quodammodo separatio inspissatio rerum, & denigratio appellatur, qua completa r fiunt mortuę, sicut homo in suo tumulo, quia postea post r spirationem animæ, & spiritus in eis factam revivisccunt & dictum est per operationes prædictas in lapidib. philosoph cis convertuntur, quæ nisi sic putrefactæ fuissent, id est, m tuæ, nihil valuissent, nec fructum aliquem attulissent, n quantum ipsæ essent. Et ut verissime dicamus omnis imbil cio cum decoctione putrefactio appellatur. Et de istis put factionibus occultis & manifestis dicit. Aros verba similia. enim in ventre matris ex duobus spermatibus uno mascu no rubeo & fixo, & alio fœminino albo & fugiente simul juncti & permixtis naturaliter post putrefactionem ipsor in vase debito hoc est matrice nativitatis ipsorum, una c culta est naturaliter & consistit, & postea per partum effic & sequitur nativitas pueri manifesta. Ita hic. Et Morienu

cit,

Secunda putrefactio.

Quælibet illarum putrefactionum est duplex occulta & manifesta.

Putrefactio quid.

Omnis imbibitio cum decoctione appellatur putrefactio.

Similis generationi humanæ.

cit, non multum distat operatio naturæ à generatione & nativitate hominis. Constat ergo quod debet post putrefactionem cum aqua sua & maxime in secunda putrefactione nihil habetur in hac arte. Putrefactio ergo est omnium rerum mater. Notare lector debes quod hic multa dimissa sunt de hoc libro propter prolixitatem sermonis, sed tantum utiliora prædicere sunt conscripta. Item sanguine humano recenti posito in cucurbita vitri, primo exit aqua clara limpida tanquam lacrima quam sicca ita quod non sicut aliæ aquæ non ita cito adhæret tangenti, imo ratione ista, si res projiciatur à longe in vase à quo recipitur assimilatur quasi Mercurio vivo, postea inde exit sal album tanquam nix in distillando. Deinde oleum secum & non pingue & rubicundissimum, & terra remanet sicca & nigra quodammodo in fundo vasis, & est multum levis & non ponderosa, quæ si calcinetur igne leni, & non forti, fit pulvis rubicundissimus. Si vero fortis, fiet calcinatio tunc sine dubio ipsa tota terra evolat & fugit ab igne. Item urina hominis recens talem habet salem & oleum sicut sanguis, sed aqua urinæ non est ita sicca sicut aqua sanguinis, nec terra urinæ fugit ab igne sicut facit terra sanguinis, & est nigra fundens in igne fusione metallica, si ignis fuerit fortis. Item fimus humanus post ejus desiccationem & post septimam ejus calcinationem in fortissimo igne carbonum & non in flamma, quia non calcinata exit albus color multum tanquam calx communis participans quadam mineralitate, & hæc omnia propriis oculis vidimus, & digitis propriis probavimus. Et attende fili doctrinæ quod quantum quid exposuimus capit. in libro de mineralibus lapide secundum quod Morienus locutus fuit, metaphorice & specialiter de isto fimo humano, quod erat lapis philosophicus, tamen quidam dicunt, quod hoc quod exposuimus, potest intelligi de quocunq; lapide, & metallice & specialiter ad sensum literæ, & proprie istud intelligitur de isto fimo, quia considerata natura ipsius & creatione sua magis proprie dicitur minor mundus, & quod in ipso sunt 4. elementa, & quod est animalis, vegetabilis & mineralis, quam quilibet alius lapis, quia est magis proprie niger & fœtens, & in quolibet homine & ubique reperitur. Unde si circa ipsam te voles exercere, habes modum super ipsum, tamen aliorum prædictorum videlicet sanguinis & urinæ, nos opus perfectionis dimisimus propter errorem & abominationem ipsorum & similium. Tu autem fac ut melius tibi videbitur & in his & simili-

Putrefactio omnium rerum mater.

De sanguine humano.

Urina hominis.

Fimus humanus.

similibus consulimus vere dimittendum. Vnde scias quod ex solo sanguine animalium non possit fieri lapis benedictus quia sanguis non habet terram fixam. Ex lacte autem animalium bene possit fieri lapis, quia ipsum est verum & argentum vivum perfectum, habens in se 4. elementa.

Inveni in commento, Virga quæ cum tota sua terra separatur à trunco & à sua radice & plantatur in aliam terram virga est aqua, terra est substantia terræ vel naturæ, qua dicitur oleum & ignis cum spiritu 5. essentiæ, quæ omnis naturalem videl. substātiam habent, aqua secum importavit a terra fetenti, à qua exivit, & distillando emanat, aqua in se habebat naturam illorum, à quibus elicitur & separatur & importatur truncus qui separatur vel radix à qua exivit, sunt feces terræ quæ projiciuntur, à quibus hæc tria elementa, videlicet aqua aer & ignis exierunt.

Alia terra in qua plantatur est terra alba & rubea, in qua hæc aqua plantatur cum spiritu 5. essentiæ & inter utramque & ibi nascitur & radicatur, continet hæc aqua aerem & ignem & hoc est quod Aros, quod in aliam terram plantatur.

De hac bullitione dicit Aros. Corpus quod decoqui debet & bulitum cum igne, id est, istius aquæ in qua est ignis omnia corpora, id est, solvens quæ aqua nominatur nomine omnium foliorum.

Errata propter abbreviationes irrupta.

Pag. 4. c. 2. lin. 8. pro pura legendum *prima* & sic consequenter. P. 6. c. 5. l. 1. P. 9. lin. 26. 32. P. 12. l. 4. & reliquis. pag. pro Tinctura semper legendum Terra. P. 12. l. 21. prius ea *post ea*

FINIS.

